 ceritas graminum et herbarū continua viridi-
 tas / autū siluestriū canora suauitas / riuulorū
 et fontū multiplicitas / libanū amenū efficiūt
 et iocundū. Item mons est medicine et sanitatis
 ibi enī species aromaticae crescunt / que sūt cō-
 tra morbos innumerabiles remedia et mede-
 le. ibi cedri et palme / ibi cipressi et oliue quo-
 rum liquores et resine sūt cōtra diuersarū in-
 fimitatū incomoda / p̄cipue medicine. Item
 mons est lenitiae et iocunditatis. nā in collibus li-
 bani crescit habūdantia vini optimi et p̄ci-
 pui / lenitiae et hilaritatis maxie inducitur. Item
 mons honorificētie et dignitatis. nā iter oēs
 mōtes arabie fenicias et surie / mons libani in
 sublimitate / in fecunditate / in amenitate / et a-
 ris salubritate / obinet principatū. (vr dicit
 Hieronymus et Iosephus.)

Mons est mons in istm in quo edificat
 ū ē templū salomonis sicut dicitur. ij.
 Paral. hunc enī montē emūt dauid
 ab omā iebuseo ducētis sidis auri iustissimi.
 vr in eo edificaret altare dño qm̄ p̄ numeratio-
 ne quā fecit dauid populū p̄cussus ē. i. palip.
 ra. f. in hoc mōte imolauit dauid dño et ora-
 uit et exauit illū dñs de celo in igne sup al-
 tare holocausti. i. hoc mōte obtulit abrahā ho-
 locaustū p̄ Isaac quē dñs p̄cepit ei imolari.
 Gen. xij. vbi dicit glo. hiero. sup illud verbū
 Hade in terrā visionis et offer. f. t. sup vnum
 montū. et. hunc mōtē dicit bebrei ēē illuz in
 quo postea tēplū cōditū ē in area ieronā iebu-
 sei in monte moria qui idcirca illū inans et
 lucens interpretat qz ibi ē dabyr / hoc ē oraculū
 dei et lex quo et spūs / que inspirat p̄phetis et
 docet hoies veritatē (hucusqz hiero.) in eodē
 loco credit Iacob dormuisse et angelorū ascē-
 dentium per scalā vidisse visionē (vr pz. Gen

nes. xxvij. vbi dicit glo. sup illud verbū. Non
 ē hic aliud nisi domus dei et. hoc dicit qz p̄uidit
 tēplū et dei cultū ibidē futurū. fuit autē iste lo-
 collis a latere montis sion vbi edificata ē po-
 stea turris dauid vnde pz ex p̄dicitis qz mons
 moria fuit mons visionis et reuelatiōis mōs
 sacrificij et orationis mōs p̄phetie et instructiōis
 mons luminis siue illuminationis mōs angelice
 frequentationis / mons diuine apparitionis

Mons est mons in terra moab in verti-
 ce phasga cōtra iericho de hoc mon-
 te vidit moyses terrā p̄missionis et ibi
 dem mortuus ē postq̄ terrā p̄missionis fuit
 p̄ceptus (vr dicit hiero. et pz i bisto. den. xxij)

Mons est mons in extremis finibus terre edon / i quo
 monte mortuus ē aaron sub tēte dño
 in anno. xl. postq̄ egressus ē de egipto / cū eēt
 annoz. c. xxij. vr dicit numeri. xxij. fuit autem
 xx. mansio in qua remanserunt filij israel p̄
 q̄ egressi sunt de egipto sicut dicit in li. iij. c. xx.
 cū mouissent castra decades / venerūt in mōtes
 hor qui ē in extremis finibus terre edon in hoc
 monte suscepit beliazar filius aaron primo sa-
 cerdotij principatum

Mons oliueti ē mons in iudea iuxta
 hierusalem sic dicitur / propter copiam
 oliuarum que in monte illo maxime
 habundant. et iō a beato Augustino super iob
 vocatur mons cōtinuus et vnicionis mōs pin-
 guedinis et refectiois mons medicaminis et
 curationis. et hoc dicit propter oliuarum ibi
 crescentium habūdantiā quare fructus ē vni-
 tuosus humosus deliciosus (qz vr dicit Ibi.
 oleum oliue ex radicis amaritudine surgit in
 pabulum luminis in medicamentū vulneris
 et refectio ē esurientis. In huius montis oli-
 uarum radice siue pede fluit riuulus qui dicit
 torrens cedron inter cuius ripam et mōtē fuit
 ortus quē dominus orationis et quietis gra-
 tia sepius subintravit vnde et ibi captus fuit
 primo in orto qui getsemani dicitur fuit. vr
 dicit Iob. x. ibi enī scz in pede montis iuxta
 torrentē fuerat quondā villula dicta getse-
 mani cuius orti adbuclunt tēporis ibi erant
 vr dicit Augustinus. et illorum ortorū locū do-
 minus ex consuetudine frequēbat. hic autē
 mons fuit ad partē orientālē templi. et iō ma-
 xime illuminabatur sole oriente de vespere vero
 et de nocte illustrabatur ex fulgore a luminari-
 bus templi resplendente. et ideo merito mons
 luminis dicebatur. tum quia a celo et templo
 lumen recipiebatur. tum etiam quia lucis mate-

ita se olei sui habundantia alijs impeditur
 ut dicit Augustinus in hoc monte erat quida
 viculus nomine bephage qui sacerdotu erat
 in cuius montis latere erat ciuitas dicta beph
 agia que fuit ciuitas marthe lazari et marie.
 ut dicit glo. super Matthei. xxi. a. De h mon
 te dominus ad celos ascendit et supra eundem
 montem ad iudicium apparebit. ut p3. Actuum
 i. tam in littera q̄ glo. in hoc monte edifica
 uit salomon delubra et excelsa ut p3. ij. Regu
 r. et ideo vocatus est mons oliue et p̄piciatio
 nis mons offensionis. iij. Re. xiiij. f. qz illis
 idolis offendit salomon deum suum.

Olympus est mons macedonie excel
 sus nimis. ita ut sub illo nubes esse
 dicant. ut dicit Virgilius. nubes ex
 cessit olympus. Dicit autem est olimpus quasi olo
 lampus alias oleo lampas. i. quasi celum. hic
 mons macedonea a thracia diuidit. tate autem
 sublimitatis est mons olimpi / qz oēs excedit
 aens turbines et alias passiones. unde philo
 sophi ibi ascendentes ut cunus et situs stella
 rum inspicerent. ibi viuere non poterat / nisi se
 cū spongiis cū aqua ferret / et sic p̄ aque attra
 ctionē / acē redderet gratiores sine spissiorē
 ut dicit magister in historia.

Oreb est mons i regione madian. (ut
 d. hiero.) iuxta arabia in deserto cui
 coniungit desertum saracenoꝝ qd̄ vo
 catur p̄baran. et eodem mons oreb. et ut dicit
 hiero. in hoc monte multas vidit moyses visi
 ones ut p3. Exodi. iij. ibi vidit rubu ardentem
 et non comburentem / ibi audiuit deū sibi loque
 tem et multa precipientem / sicut post de mou
 te sinai dicitur.

Ons p̄masus est in thessalia (ut d.
 Isid.) iuxta boeniā / qui mons duos
 habet vertices quasi in celum eleua
 tos / in quibz quondā appollo et liber bachus
 colebant forte p̄pter locoꝝ amenitatem / et vi
 uoꝝ ac vinearu maximā vberitatem.

Riphei montes sunt alpes in capite
 germanie (ut dicit Isid. qui a perpe
 tuo ventoru flatu et tempestatum ins
 petu sic dicuntur. nam ripheus in greco impe
 rus dicitur latine. dicitur autem alpes. i. alti mō
 tes ad quoz cacumina non nisi per altos pe
 des colliu et per alioru inferioru montium p̄
 uenitur. in his alpibus sunt p̄perue niues fre
 quētes nubes. fontiu et fluminu magnoz ca
 pita et origine bestie et fere siluestres / aues
 multiplices et maxime illius generis voluacres

quoz ale de nocte sunt lactes. ut dicit Isid.
Rupes sunt altissimi montes solidissi
 mi et fortes supra altitudine aliorum
 montium eminentes / et pestatū impe
 tus et imbrum fluxus cōtinue recipientes. pro
 pter qd̄ terra superficialiter diluitur et duriores
 montis ptes et cōpactiores in petra cōmutate
 rupes innumerabiles aliq̄ efficiunt. quātūcū
 qz aut exteriꝝ rupes multū habeat solidita
 tis et asperitatis / intus tamen habent aliquid
 spongiositatis et cōcauitatis. unde humores
 attrahunt ibidē et collecti sepe p̄ capita fontium
 scaturiunt et erumpunt. Venti etiā et aque ca
 uernas rupium intrant et sunt aliquando cau
 sa terremotus / ex cuius violentia rupes quā
 doqz corruunt et rumpuntur solis auidet et aq̄
 lis et vulturibus rupum cacumina peruia in
 ueniunt / rupibus etiā maris littoꝝa sistuntur
 et ad duriciā rupis / vndat et procellaru impe
 tus eliduntur loca munitionibus apta / in ru
 pibus inueniuntur auidet et animalium latibula.
 in rupibus construuntur nebulis et nubi
 bus capita rupium obvoluntur radijs sola
 ribus in ortu solis summitates rupium perfu
 duntur / rupes etiā dicuntur / quia ad rum
 pendum sunt difficiles. sine enim ferri violentia
 rupes nullatenus perfodiunt alias perforantur
 et de profundis etiā rupium venti p̄
 ciosi lapides et metalloru vane spes sepius
 extrahuntur. partes autem in p̄ruptis rupi
 bus eminentes dicuntur scopuli a scopio / qd̄
 est inondere vel speculari. quia inde loca re
 motissima specularunt.

Sepbara mons orientis est in iu
 dea (ut dicit hiero.) iuxta quē ha
 bitauerunt filij ietham filij hebre
 quos dicit iosephus venisse de
 inde hierozah ad quem locum dallas salomo
 nis cum quibusdam cōmercijs infra tres an
 nos venire consuevit. hic est tharsis terra scilicet
 cer et portus maris. unde serui salomonis au
 rum et argentum simeas et pauos et dentes.
 elephantos deculerunt. ut p3. iij. Regu. x.

Sigor est mons paruuus qui et
 bala dicitur est iuxta zodoman.
 ut dicit hieronymus in quo edifi
 cata fuit vrbis que ad preces loth
 liberata est. vbi creuit vinea balsami / in sig
 num pristine fertilitatis et poma palmarum.
 imminet autem mari mortuo. Et fuit in eo
 postea positum presidium romanorum. De
 hac dicitur Isa. dcamo quinto. vbi dicit glo.

vinula vocabatur/ ppter lasciuia cōstringens
quia bñs cōcussa. tertio conruit tremore que
robusta p̄māssit/ si post liberationē non pec
casset.

Sinai ē mōs q̄ps ē oreb/ r ēi arabia
p̄uincia madiā. (de b̄ mōre d. iose
phusli. ij. āriq̄tatū) sina mōs ē excelsus r ad
pascua egregius/ optimas herbas ferēs / erat
q̄ opinio habitare ibi deū. r iō primitiis ibi
nemo pascebat oues. qz pastores illuc mime
ambulare p̄sumebant. Ducimōti appropin
quans moises p̄digiū vidit/ scz ignē rubuz
nō p̄burentē r eius viriditatē/ r florē nullate
nus depascentē r eius ramos fructiferos nul
lo incendio deuastantē quāuis flāma velox
r uehemēs nimis cēt. vnde de illo igne dñs
ad moisen locutus ē. Item idē li. iij. ascendit
moises in sina/ qui mōs est excellentissimus
in illis regionibus r propter altitudinē ma
gnitudinis sue/ r scopulorū p̄citatē nō solū
ē hominibus inaccessibilis/ verū etiā cū labo
re videri p̄t. r qz sermo erat deū circa eū habi
tare/ r erat terribilis r madibilis vniuersis cir
ca radices huius montis hebrei sua taberna
cula locauerunt/ r ibi deū videre in igne r in
nube r ipsū p̄sonaliter loquentē audire men
erunt. Dicitur itaqz mōs sinai mōs diuine
habitationis/ angelice frequētationis/ mōs
luminis r inflāmationis/ mōs nubis r cali
ginis/ mōs pluuię r roris/ mōs pasce r re
fectionis/ mōs sapientie r eruditionis quia
de illo mōte dñs moisen r populū instruebat
r ei legē p̄ferebat. mōs misericordie r p̄mis
sionis. qz inde bona inaudita populo p̄mit
tebat/ mōs iusticie r cōminationis. quia ti
mōre insipientibus inferebat. vnde mōs fu
it fulguris r cōuulsationis/ mōs tibe r dā
goris/ mōs amicitie r p̄federationis. qz me
diante lege populū ibidē sibi sempiterno fe
dere vniebat / mōs mundicie et puritatis /
mōs leticie r iocūditatis. qz nulli ad mōtem
accedere poterant nisi qui mēte r corpe mūdi
erant. ibi etiā qui mundi erāt corā dño/ cū le
ticia comedebant r bibebāt. mōs dementie r
pietatis siue p̄p̄tationis/ mōs sacrificij et
orationis. Nā ibi dño imolabant/ ac precib⁹
moisi r supplicationibus deum sibi placatū
r p̄p̄cium audiebant.

Sion mōs erat in ierusalē sup cuius
verticē erat arx siue turris dauid ibi
posita p̄ decore r defensione ciuita
tis. In vno autē latere montis sion erat tēpluz
quasi medium inter arcem r inferiorē ciuitatē
vt scz municio arcis defenderet templū/ r tem

plū cū arce p̄tegeret ciuitatē. r iō sepe scriptu
ra vocat ierusalē filiā sion. qz enī sicut filia
p̄regitur a m̄re/ r subditur ipsi matri sic ciui
tas inferior templo fuit subdita atqz arci. Tā
te auctoritatis r nobilitatis inter ceteros mō
tes fuit mōs sion qz non solum ciuitas hie
rosolima/ nec etiā ipsa iudea / verū etiam vni
uersalis ecclesia tam ex iudeis q̄ ex gentilibus
congregata sepius in p̄phetis a monte sion
denominatur. sicut ibi. fundetur in exultatiōe
vniuerse terre mōs sion la. a. qui. c. r. m. Nam
mōs sion fuit mōs magne altitudinis et sub
limitatis/ magne fortitudinis et firmitatis /
magne plenitudinis et vbertatis/ magne pul
critudinis et amenitatis/ maxime confidentie
et securitatis/ maxime opulentie et locupleta
tionis/ maxime leticie et exultationis/ perfecte
iusticie et sanctificationis / mōs doctrine et
eruditionis sicut scriptū est Iza. ij. de sion ep̄
bit lex mōs p̄p̄hecie et reuelationis

Selmon ē mōs in tribu effraim in
tra confiniū tribus manasse in quē
ascendit abimelech qm̄ dimicauit cō
tra sicimitas (vt d. hiero.) et legitur iudi. ix.
mōs p̄ multitudine arborū densus et vni
brusos. propter quod et selmon vmbra iterū
tatur. Est etiam mōs inguis et aquis et ni
uidus pinguis et pasuosus (vt dicit i psal.
mor dealbabuntur in selmon. mōs dei/ mōs
pinguis.

Sepbin est mōs in tribu effraim in
loco armetben/ vnde oriundus fuit
Samuel (vt dicit hiero.) fuit autem
locus in alto situs/ fertilis/ et graminosus/ a
quis inguis/ arboribus confusus et delitio
sus.

Seon de quo Iza. xxxv. est mōs inter
montem thabor et stagnum thiberi
adis. vnde et tota illa regio saronā
vsqz hodie est vocata. (vt dicit hieronym⁹.)
Omnis etiam regio a cesare et palestina vsqz
ad oppiduz ioppe saronā dicitur iuxta mō
tem istum campi sunt ferulissimi (vt dicit glo.
super psal. xxxij.) tam frugibus q̄ fructibus
valde aprī.

Seon de quo dicitur Deuterō.
iij. g. dicitur pars montis galaad q̄
extenditur per desertum vsqz ad trās
iordanem vbi habitauit seon rex amorreorū
et cecidit in fortē ruben et gad et dimidie tri
bus manasse (vt dicit hieronym⁹ super Iere.
xvi.) ibi. Ascendente galaad r. quere sup̄
de monte galaad.

De terra

S Emeron ē mons de quo dicitur. ij. Paralip. xij. ca. mōs ī quo ē mō sebasse vel sebeste vbi reliquie iob bānis requiescūt. vt d. Hiero. In eodē q̄de monte p̄i edificata ē samaria a qua tota regio postea samaria ē vocata. hec ciuitas rōne montis fuit fortissima / et ad expugnandū difficilima. Quā et reges assirorū miris sumptibus et belloꝝ maximis apparantibus eā tribus annis cōtinue obsederūt / et vix per famis angustiam p̄ ipsā p̄ualere viribus poterunt / imo (vt dicit Hiero. et Jobā.) nunq̄ eā expugnassent / si ipsi bitatores deū israel ad iracundiā puocātes plenā cōfidentia habuissent in dño / et ipsius legem nullatenus reliquissent. Isti mōtis proprietates quere. supra de montib⁹ israel / et ibi plene inuenies.

Quis scit de quo sepi⁹ habet mentio in scriptura ē idem qui et mōs edon de quo supra sufficienter dictum est. quere de monte edon siue esau / trino mius enim erat esau.

Quod dabor ē mōs ī medio cāpo gabules (vt dicit Hiero. sup. Jere. c. xxvi) et ē mōs mira rotunditate sublimis distans a diacesarea decē milibus ad orientale plagā et fuit in cōfinio zabulon isachar et neptalim. hic mons inter totā terre p̄missionis montes maxime est famosus rōne situationis / fertilitatis / amenitatis / fortitudinis et firmitatis. gleba enī illi⁹ montis ē fertilis vitis oliuis et alijs arborib⁹ fructiferis abilis. Aer ibi ē salubris ros frequens et dulcis / imber tā tēpane⁹ q̄ serotinus / mediocris. ibi arborū p̄ceritas / que nō deponunt hyeme vel estate comā vel virore suū. ibi auium multigenarū canorū sonitus et canora suauitas / quarū voce afficit auditus / pennarū varia dispositione. ad eārū aspectū puocat visus / in canorū suauitate delectat gustus. et iō multū sunt ibi aucupes / auctulis locū istū frequētantibus / retia et tendiculas imponētes sicut dicit Hiero. sup. illū locū. Osee. iij. quasi rebe impanis sup. montem thabor. et cetera. Sup. oia montē istū reddit cōmendabilē p̄sentia saluatoris. In hoc mōte docuit. In hoc mōte grā oionis p̄noctauit. In hoc monte aliqui pauit populū et tā spūa / hī q̄ corporali pabulo recreauit. In hui⁹ montis etiā supalio corā discipulis suis se transfigurare voluit / et future claritatis gloriam in suo corpore discipulis reuelauit.

Quod mons ē squalidus et ymbrosus in quo lauit dauid q̄ fugit a facie saul et ē iuxta carnēliā ī mō

te carnēli in quo nabal carnēlites quondam habitabat qui fuit de stirpe caleph (vt d. Hiero.) Est autē mons ille multū nemorosus dumis et arboribus infructuosis confusus et saluosus / feris et ibiabus pui⁹ / spelūcis et antris plen⁹ et plurimū cauemosus. et iō fugiuius et latere volentibus cōgruus est / et ignotis transcurantibus periculosus.

Quod collis est tumor terre breuis terre planicie trāscēdens / et ad montis altitudinē non p̄tingens. Collis enim est monte inferior / sed terra altior. et dicitur tumor quasi tumor tellus (vt d. Hiero.) Unde solent colles montū eē pedes. nā de collibus ad montes / solemus ascendere altiores. et dicunt colles a colendo / q̄ minori labore colunt q̄ montes. et plus q̄ montes ab hominibus incolunt et inhabitant. Plus aeri et solari calori q̄ inferior terra exponunt. et ideo fructus in collibus citius ad maturitatem perducuntur. imber et rore celesti pl⁹ colles q̄ valles p̄fundunt. et iō fructus accrescentes in collibus alijs dulciores et sapidiores inueniuntur. Inter infimā terre superficiē et sumā montis altitudinē tenent colles medium quo ad situm. et ideo aer crassior et spissior in colle q̄ in monte / purior vero ē et subtilior q̄ in valle / puriores enī et nobiliores recipiunt colles influentias et impressiones a superioribus q̄ valles. Ideo tam fructus q̄ gramina sunt in collibus salubriora q̄ in vallibus et alijs partibus meliora (vt d. Constantius.) Item colles citius recipiunt radiōē solis illuminationem q̄ valles et velociorē a nubibus irrigationē cōde mōtib⁹ enā descēdūt torrentes et nuuili sup. colles et de collibus deriuantur / ad cāpēstria ad valles.

Quod collis est terra dediuis ac depressa in montū medio collocata vt d. Hiero. Est autē vallis aquarū a riuulis fontū defluentium receptaculum et vehicularum. Unde patet q̄ valles et riuulis ex montibus emanantibus irrigantur. et ex illorum circumfusione in floribus / herbis / et fructibus fecundant. fronditū et floꝝ virore citius decorant. a montium et collium elevatione obumbrantur. In vallibus etiā fit maior radiorū solarium concursus et confractio ac confusus. et ideo calidiores impressiones in vallibus q̄ in montibus generant / p̄pter q̄d sp̄allib⁹ citi⁹ q̄ ī montibus resoluunt nives et quarū diffusioe loca circa adiacentia humectant (vt dicit Hiero.) et ideo valles calide / turbide / grosse ac vapo

rose per experientiam iudicantur quarum habi-
tatores calidis et humidis passionibus sepius
molestantur (vt. d. costan.) domus et edifica
in vallibus constituta minus ventorum et tempe-
statum incommodis propelluntur quam illa que in
montibus collocantur. nam montium obic-
tu timentur et a pellantur inundantium impetu de-
fensantur/terrenorum incole vallium raro infesta-
tur. cuius ratio est quod partes terre in valles reside-
tes magis comprimuntur et sibi inuicem foras
adunantur. et ideo venti illas partes difficilius
penetrant et subintrant. propter quod partes ille que
minime sunt concaue et porose/ minime a ven-
torum subintrantium impetu agitantur. propter
quod non mouentur (vt. d. Ariston.) ad valles
etiam confluunt sordes et ibi diutius referu-
tur. propter aeris coagulantiem valles citius quam
montes grossis et fumosis. vaporibus obnu-
bilantur/ et densioribus tenebris obscurantur
unde partes vallium plusquam montium profunda-
tur a centrum et a celi circumferentia amplius elo-
gantur. Item ex aquarum multiplici concur-
su et limi ac lun obicatu paludes. que inuadabi-
les in vallibus frequentissime coadunantur
et loca ad transuadendum difficilia inueniuntur
Item ex humoris abundantia canices et gra-
mina in vallibus maxime nutriuntur. salices
et alie infructuose arbores in vallibus plusquam
in montibus crescere dinoscantur.

Campus secundum Iulium est terre planicia
es nec depressa vt valles/ nec etiam
erecta vt montes. et ideo que equalis
est pedibus/ campus est a vocatus canis in
greco quod breue vel equale dicitur in latiuo.
et est campus locus planus et incultus nec vo-
mere sulcatus nec stercore impinguitur. et po-
tius deambulationi seu deductioni aut mili-
tari exercitationi iuxta ciuitatum habitacula et
putatus locus. s. communis et publicus om-
nium aspectibus expositus vsibus reipublice
assumptus nulli proprius sed omnium utilita-
ti assignatus.

Ager vt. d. Iulio. li. xv. dicitur eo ipso
quod in eo aliquid agatur omnis au-
tem ager vt ait Varro/ aut est amius
i. stationalis/ aut consilius id est arboribus aptus
aut pascue que herbis tantum per asalibus vacat/
aut floribus ortus. s. floribus et apibus ap-
tus. unde secundum antiquos ager est terra
cultus/ rus vero terra inculta ut silua et pascua
in qua tam pecus quam lac haberi potest. Unde
et rusticus nominatur. nam aggressium bo-
minum hec prima et ociofa felicitas est. unde et
ager dicitur et quasi pascuus/ que a diuisoribus

agrorum vicinis pascendi gratia est relicta. sicut al-
ui dicitur ager quem paulatim flumini in agrum reddit
sic et arcissimus dicitur grece que ceteris lineis me-
suris non continetur/ sed arcetur finis eius ob-
iectu montium et arum et etiam fluminum sic et no-
ualis ager dicitur primus/ pascuus siue que alterius
annis vacat vt renouat suas vires. noualia. n.
semel cum fructu erunt et simul vacua sine fructu
permanebunt. aliquid etiam dicitur ager scaldus. i. exco-
lidus sic dicitur eo quod a cultura iam exierit. sicut
et consul/ eo quod a consolatium iam discesserit. aliquid
dicitur ager viginosus. i. spumidus. non bumidus
dicitur qui quicquid siccatur. Eligo autem est bumor
terre naturalis ab ea nunquam recedens (bucusque
Iulii. li. xv. c. xiiij.) Ager igitur locus est exercitij
laboris. s. et sudoris. nam cum labore/ ager excolit-
ur/ ligone paritur/ foditur/ euertitur/ vomere
aperit/ semine seritur/ rastro regitur/ rore et im-
bre perfunditur/ spinosis cepibus circumdatur
et munitur/ hieme gelu et frigore costringitur
estate estu et caumate vntur/ vere siue venio-
tpe colitur/ in autumno collectis fructibus ite-
rato pascitur/ vomere et sic alternatis laboribus
continue lacatur.

Predium secundum Iulium dicitur quasi pre-
uidium eo quod sibi a patre familias
in omnibus preuiditur. et est. prope
locus in quo a patre familias in medio agro-
rum suorum domicilium preparatur. vel dicitur pre-
dium eo quod antiqui agros quos bello separare
prede noie possidebant.

Pratum est cuius feni copia armen-
ta timentur/ cui veteres romani no-
men dederunt eo quod sit locus qui
primus est paratus/ que culture laborem non re-
quirit (vt. d. Iulii.) Et ideo talia loca dicuntur
prata que ad fenum et ad gramina sunt parata. pra-
ta siquidem fluibibus et riuulis et fontibus irri-
gantur. et propter humoris abundantiam her-
barum radiabus nutrimentum continue ministrant
tem/ herbis et floribus diuersi generis decorantur.
et ideo propter venientem et virentem quam preter-
dunt pulchritudinem prata ridere dicuntur.
prata etiam suo virore delectant visus/ suo odo-
re afficiunt olfactum. graminum suorum sapore re-
ficiunt gustum/ pratorum herbe et flores mel apibus
admisstrant lactis copiam in armis et gre-
gibus generant et augumentant. vulnera curant. et co-
tra diuersos morbos remedium prestant.

Proteritum est terre spaciū sic dicitur que ab
boibus habitatio et frequens desertum
nec ab boibus colitur nec inhabitatur
vt. d. Iulii. et hoc contingit aliquotiens propter
terre sterilitatem siue etiam propter aeris temperic.

De terra

seu ppter aquarū & fontium defectibilitatem siue ppter hostium vastitatem. Unde desertum est incultū spinis ac seribus plenū reptilibus & venenosis animalibus pamiū bestiarū & ferarū siluestriū/domiciliū fugitiuorū / & latro- nantū habitaculū. terra vastitatis & horroz terra deuij & erroris. Nam in deserto vie sunt deuie / colles et semite non sunt / trimeris et alij fructibus in fructuosis consistit atq; plane / barinose lapidose. puluerulente / feculen- te & alijs incōmodis itinerantibus plurimum onerose. & dicuntur deserta (vt. d. Isid.) qz nō seruntur. vnde loca siluarum et montium que a semine vacua deserunt deserta nūcupant. Non minus tamen deserta dicuntur loca pū- ibabitata et p' casu aliquo desolata. vt. d. idē.

Heremus autē est inuia solitudo a paucis. nisi a feris & bestijs ibabi- tata. vnde heremite dicuntur hoies desertas solitudines appetentes se ab aspectu boim sequestrantes. dicitur bicheremus here- mi per contrarium ab heres heres quia pauci ibi herent atq; manent. vel dicitur heremus qua- si herens humus qz dura & cōpacta solet esse terra que heremus vel solitudo vsualiter e vo- cata. In locis autē heremiticis & solitarijs fe- re siluestres liberius q̄ in locis alijs euagant secunus / cōmorantur ibidem etiam ppter ne- morū spissitudinē & siluarū multitudinē volu- cres siluestres dulcius modulantur. ibidē etiā nidificant & conuertantur. & iō ppter ferarū multitudinē & auis frequētā. loca talia quāsi solitaria a venatoribus aliquādo frequētā- ibi etiā aucupum laquei et retia sepius occul- tantur talium etiam locorū habitatores pluri- bus laboribus exponuntur. nūc gelu / nūc estu- eruntur nūc rore / nūc imbre / nūc pruina nūc niue perfunduntur. raro nisi forsitan a latronibus vel venatoribus inquietantur. et iō locus heremiticus quāsi multam habeat af- flictionis redij & laboris plurimū tamen ob- tinet commodū et quietis.

Antrum ab atro est dictum eo q̄ a- tris tenebris et horridis est suffu- sum (vt. d. Isido.) Est enī ppi- um bestiarum in cauernis manentium lanbu- lum / in quibus latitantes p̄de insidiantur. et ideo spelunca a specularando antrum dī quia inde post suas predaas diligentius specularit vt. d. Isido. Est autem antrū in estate frigidū in hieme vero calidū & feribus animalium nu- tritendis & occultandis est aptū. et sudorib' autē & vaporibus animalū fecundū ē. & corruptū.

Fossa a fodiēdo est dicta. eo q̄ sit- terrarū viribus & ingenio fodiētūz pfundata / que quāto plus i sua superficie terra accumulata erigitur tāto iterius amplius pfundatur. et quanto altior est & p- fundior: tanto eius transitus deficiat: et peri- culosior. inuenitur quantum quelibet caden- do facillime ingreditur. sed post casum de ipsa facili non exiit. (vt dicit Grego.) Ideo etiā dicitur ibero. super eze. xii. Leo in foueis capif- nam facta fouea ouis vel capra in eius fundo ponitur. cuius odore aleceus leo foueam p̄e- de gratia ingreditur. sed postq̄ eam ingressus fuerit ibi ne cretat dennatur. fouea etiam intra foueam a latere ad modum spelunce foditur in quo cauea quedam ponitur que ad modū cistule preparatur. que de facili clauditur et difficile aperitur. quando ergo leo videt se nō posse de prima fouea egredi r̄m̄ens venatorz venabula latendi grana secundam foueam i- greditur et ibi in cauea ad hoc parata claudit- se capitur & captiuus detinetur. vt. d. biero. fo- uee etiam sunt vales et necessarie. quia fossa / nis ciuitates & castra ne hostibus pateant mu- niuntur. fossatis insuper terrarum spacia & ha- bitaculorum termini ab inuicem diuiduntur replentur nihilominus fouee aquis in quib' pisces & reptalia diuersi generis nutriuntur. Unde & fouea quasi fouens viuas aquas ē dicta. Nam in foueis fouentur & seruātur aq̄- nunc fluminales nunc statue / nunc eas subin- trant torrentes et pluuie / nunc in eis erūpunt capita fontium et scaturunt riuuli aque viue salicet summa vero & precipua et omniū mu- nitionum fortitudo et tutela solet esse fouea quando in lato et in longo / in alto et in profū- do ordine congruo est parata. Nam in accessi- bus est locus sic munitus / nisi aggere nauigio vel ponte talis fouea transeat. (vt dicit Je- roni.)

Spelunca est fouea subterranea a specularando dicta qz propter sui la- titudinem ad circūspiciendum est apta. latum enim et a parte luci expositum habet introitum / sed in fine finem siue termi- num habet artum vnde spelunca locū ē subter- raneus. primo quidem euidentis et lucidus in ingressu deinde obscurus et turbidus in pro- gressu / tandem durus / artus / et bispidus in egressu / si tamen egressus aliquando poterit inueniri vt dicit dama.) In locis autem mi- neralibus vbi effodiuntur lapides et metalla possime sunt spelunce que quidē r̄atōe et r̄a- tionis lapidum seu metalloz remanēt vacue

quibusdam tamen colūnis siue alijs appodi-
ationibus ne corruāt sunt fulsite. sepe tamen
vel nimia mole terre colūne ille desup aggra-
uate siue pprie materie moline' resolute siue
fundi in feruoris humore relaxate corruūt et sic
osa in illis speluncis existētia obruūt et con-
fundunt. vnde in speluncis manere periculo-
sum est et difficile tum qz frigide sunt et humi-
de obscure instabiles et incerte. tum qz hispidi
et dure in superficie graues et infimo concaue
et pfunde. Sunt etiaz loca cōgrua occultatōi
ferarū habitatiōni foridū et imūditatū depo-
sitioni serpentium et aliorū reptiliū mansioni
Quonia ē terra concauata a cauati-
do dicta. eo qz partes terre decatiē-
tur et perforantur a reptilibus et ab
inuitē vel per partium cōpressionē siue euaci-
ationē et erectionē diuidantur. In cauernis si-
quidem mures reptilia et vmes suas faciunt
mansiones/ ad quas confugiunt quando ti-
ment vel vident sibi iminere aliquas ab extri-
seco lesiones/ ad cauernas etiam tam lapidū
qz arborū quandoqz confugiunt volucres/ co-
lūbe. f. et turtures qū timēt aquilas et accipi-
tres in aere volantes. similiter eramij canicu-
li et lepores fugiūt ad cauermosos lapides qū
audiunt canes vel pferunt venatores. In ca-
uernis etiam tam terre qz arborū mellificātes
ape/ nidificātes quidam volucres/ latitat
etiam i cauernis colubri et serpentes que sepe
ledunt et pungūt venenoso morū boies et be-
stias ad tales cauernas appropinquantes
terra in super quando ex se ē cauermosa et spō-
giosa patitur sepe motū et agitationem et ven-
to subintrante poros suos et replente et cuius
agitatione generatur terre motus. (vt dicit
Aristoteles

¶ Finit liber decimusquartus

¶ Incipit liber quidecimus de prouin-
cijs

De terre

O autem pars orbis et
diuersis prouincijs
per quas orbis ge-
neraliter ē diuisus
paucis huius operi
adiuuante domino
sunt breuiter inserē-
da. non tamen de
singulis est dicendum. sed solum modo de his
de quibus sacra scriptura sepius inuenitur fa-
cere mentionem.

Orbis autem vt dicit Isido. li. xv.
tripartite est diuisus. Nam vna
pars Asia. alia Europa. tertia Af-
rica appellatur. quas tres partes orbis vete-
res non equaliter diuiserūt. Nam asia a meri-
die per orientem vsqz ad septentrionē puenit
Europa vero a septentrione vsqz ad occiden-
tem pertingit. Sed africa ab occidente per me-
ridiem se extendit. Sola queqz asia continet
vnam partem scilicet habitabilis nostri medi-
etatis. alie vero partes scilicet europa et affri-
ca aliam medietatem sunt sortite. Inter has
autem partes ab oceano mare magnū pgre-
ditur easqz interfecat. qua ppter si in duas par-
tes orientis et occidentis orbē diuidas in vna
parte erit Asia. et in alia vero Africa et euro-
pa. sic autem diuise sunt tunc post diluuium a
filijs noe inter quos Sem cum posteritate sua
asiam. Japhet europam. Chaim affricam pos-
sederunt (vt. d. glo. super. Gene. x. et super li.
paralip. i. idem dicunt Aristoteli. et Isido. ac
Plin.

Asia itaqz que media creditur esse
pars orbis et noie cuiusdam mu-
licis est appellata/ que apud an-
tiquos regnum tenuit orientis (vt. d. Is. li.
xv. bec in terra parte orbis disposita ab oriente
et ortum solis a meridie oceanū ab occasu
nostro mare finitur a septentrione meandi la-
ci et fluuio thanci terminatur. habz autē mul-
tas prouincias regiones et diuersas gentiū na-
tiones in vita et moribus mirabiles/ figuras
corporū sicut et affectibus mentium mirabilis
differentes quarum noia et situs breuiter hic
ponemus sequendo ordinem alphabeti.

Assiria asie ē regio et prouincia ab assur fi-
lio scir sic vocata que illā regionē p-
mo post diluuiū inhabitauit et incoluit